



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Capitulum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

torio in capsulis honestè asseruare, ac in collo devotè portare licet, cessante omni superstitione. Navar. *conf. 1. de relig. & venerat. Sanct.* etsi non tradita perpetua.

Quartò, sepulturæ possunt transferri de loco ad locum, sine alicujus licentia, hoc tamen intellige, nisi adsit alicujus prælati prohibitio, sicut audiui esse Romanæ, sub pœna excommunicationis.

## CAPITULUM.

## SUMMARIUM.

1. In hac materia dicam pauca pro practica quotidiana. Primò quando Capitulum possit dare literas dimissorias Sede vacante, ad ordines Ecclesiasticos.
2. An literas Clericis ad studium ire volentibus dare possit.
3. Quando debeat eligere Vicarium Sede vacante.
4. Quando dare possit Indulgentias.
5. An possit conferre beneficia.
6. An instituire presentatos ad ius patronatus.
7. Quando ex Capitulo Episcopus possit eligere duos Canonicos, ut sint deputati Seminario Clericorum.
8. Quando consensus Capituli requiratur ab Episcopo in causis criminalibus, & in alienationibus rerum ecclesiasticarum.
9. Quot Canonicos possit accipere Episcopus ex Capitulo pro suis servitiis.
10. An Episcopus possit cogere, ut omnes Ca-

nonici sint Sacerdotes.

11. An Episcopus possit compellere Canonicos, ut ei assistant, quando celebrat private, vel extra Ecclesiam Catholicam.
12. Quando, & in quibus Episcopus debeat adhibere consilium Capituli.
13. Qua dicatur major pars Capituli, & an minor pars possit contradicere majori parti.
14. An appellatione Capituli veniant inferiores Prælati, vel Dignitates, vel Personatus habentes.
15. An Capitulum seu Canonici possint facere statuta sine consensu Episcopi.
16. An singuli de Capitulo pro obligatione Capituli conveniri possint.

**A**D primum. Vide Conc. Trid. *sess. 7. capit. 10. de reform.* ubi dicitur duo præcipua. Primum, Capitulum infra annum non posse dare licentias, seu dimissorias ad ordines Ecclesiasticos; ergo transacto anno potest.

Secundum, arctatis beneficiis, tam habitis, quam habendis, potest infra annum, prout in *cap. licet Canon. de elect. lib. 6.* sed hoc intelligi etiam de Vicario electo ab ipso Capitulo qui gerit vicem ipsius, vide etiam circa hoc *c. 10. sess. 27. de refor. Rebuff. præct. benef. tit. de devol. num. 67.* & hoc ampliatur etiam in Capitulo habente territorium distinctum & exemptum, ob immemorabilem possessionem, & sint Judices ordinarii, ita sac. Congreg. Episcopo Salamantino de 5. Julii, 1575.

Ad secundum. Respondetur affirmative.



tivè. Primò, quia hoc non prohibetur à fac. Conc. & à jure antiquo non est recedendum, nisi, &c. Secundò, quòd literæ ad studium non dicuntur dimissoriæ, sed commendatitiæ, quibus commendatur studens Ordinatio illius loci, ubi litteris vult operam navare, ita Innoc. in c. 1. n. 1. § 2. de cler. peregr. vide Panormitanum in c. relate. n. 4. de cler. non resid. & in c. fraternitati. n. 6. eod. tit. D. Paulus 2. Corinth. c. 3. in princip. Navar. in constit. 17. de tempor. ordin. ubi dicit quòd Capitulum Sede vacante potest dare litteras idoneitatis, & dicuntur etiam dimissoriæ, prout Gl. in c. cum ex eo, in ver. subiectas. de elect. lib. 6. & ibi Gemin. in versi. per præmissa, dicit hanc posse Cap. Sede vacante.

Ad tertium. Quid fieri debeat à Capitulo Sede vacante, vide Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. & inf. quod tempus debeat eligere Vicarium, vide eandem sess. c. 16. ubi datur spatium octo dierum eligendi Vicarium, alioquin eligendi potestas devolvitur ad Metropolitanum, si Ecclesia est suffraganea: si vacat Metropolitana, ad antiquiorem Episcopum: si exempta, ad Episcopum viciniorem, & emolumenta jurisdictionis episcopalis Sede vacante non devolvuntur ad Capitulum, Abb. & tex. in Clement. Statutum, num. 3. de elect. & istam electionem Vicarii, non est necessarium fieri per vota secreta, ut nonnulli asserere videntur, ex Dec. sac. Conc. Trid. sess. 25. c. 6. de refor. quia ibi loquitur de electione superiorum regularium, & non sæcularium.

Ad quartum. Vide in ver. indulgentia §. 2. & potest absolvere ab excommunicationibus episcopalibus, Nav. c. 27. num. 39.

Ad quintum. Respondetur negativè, c. ille, ne Sede vacante, extra c. 1. de instit. lib. 6. Selva. de benef. secunda parte, quest. 11. per totam. sed distingue prout in principio illius text. d. capituli primi, & in §. ubi verò. vide Gimon. de expectat. c. 1. n. 27 & infra, sed potest recipere beneficiorum resignationem, Selv. loc. cit. num. 2. hoc intellige juxta dispositionem Bullæ Pii V. prout dicam in ver. resignatio. potest dare beneficium in Commendam & Oeconomiam, Selva. loc. cit. Gom. q. 5. de trien. poss. sed potest conferre beneficia, quorum illatio pertineret ad Capitulum simul cum Episcopo mortuo, vel excommunicato, quæ pertineret ad collationem Capituli solum, Rebuff. loc. cit. num. 34. & c. 2. de concess. præb. vide Anchar. in cap. unico, num. 2. de ver. permue. lib. 6. potest etiam conferre beneficia devoluta ad Episcopum ob negligentiam, vel delictum inferioris, Abb. in c. 2. num. 1. ne Sede vac.

Ad sextum. Respondetur affirmativè, cap. cum olim, de major. & obed. Selva loc. cit. num. 6. & dat rationem diversitatis; quia conferre, est quædam donatio; instituere, est quoddam debitum, vide Sylvest. in sum. in ver. institutio. potest etiam destituere seu privare beneficiatos ex causa, Selva. loc. cit. d. c. 1. de institut. lib. 6. potest ponere œconomos, & commendam dare, prout supra.

Ad septimū. Vide Conc. Trid. sess. 23.



*cap. ult. & inferius, in ver. Seminarium, §. tertio.*

Ad octavum. Vide Conc. Trid. cap. 6. de reform. sed illa dispositio habet locum in capitulo exempto à jurisdictione Episcopi, sac. Congreg. declarat. 487. ita censuit, vide etiam in ver. Episcopis n. 10. de consilio autem præstando in casu præmissis, vide Vinc. de Fran. dec. 163. & in ver. alienatio, §. 4. & Panor. in c. Ioannes, n. 4. de regul. Vel quando Episcopus præscripsit, vel per consuetudinem aliter se habet: ut non requirat assensum, vel consilium Capituli. cap. non est, & ibi Gem. & Arch. de consuet. lib. 6. & hodie pro majori parte, nusquam vidi Episcopum adhibere consilium Capituli in corrigendis excessibus Canonicorum.

Ad nonum. Non possunt esse duo. 6. ad audientiam, de cler. non resid. & ibi gl. in ver. ut duo. in ult. & Abb. & Selva 4. par. q. 6. n. 12. Similiter in associatione personæ ipsius Episcopi, non potest cogere, nisi duos, Selva loc. cit. vide Rebuff. præct. benef. tit. de dispens. de non resid. n. 37. & hoc ampliatur etiam in prælato Ecclesiæ collegiatae, nam ipse etiam potest secum retinere unum presbyterum suæ Ecclesiæ collegiatae in suo servitio. Navarr. consi. 2. de cler. non resid. tamen in prælato Ecclesiæ collegiatae, qui in serviendo suo Episcopo non excusatur à residentia, nisi magna & urgenti necessitate, idem conc. §. n. 2. de aliat. & qualis.

Ad decimum. Respondetur negativè. Conc. Trid. sess. 24. c. 12. in §. omnibus, de reform. & sac. Congreg. declar. 39. dicit, quod Episcopus non potest cogere, ut omnes Canonici efficiantur Sacerdotes,

sed sufficit, quod dimidia pars Canonico-  
rum sint presbyteri; inter quos is sit  
qui prima dignitate fulget, ceteri verò  
Diaconi, aut Subdiaconi sint, vide Abb.  
in cap. extirpanda, §. qui verò, num. 3. de  
præbend. & in repetitione dicti §. nu-  
mero 8.

Ad Undecimum. Respondetur pri-  
mò, quod non potest quando celebrat  
privatum in Cathedrali. Secundò, exer-  
cens Pontificalia in Cathedrali potest  
cogere omnes, ut ei assistant, sess. 24. ca-  
pitulo 12. §. omnes verò, de reform. Simili-  
ter quando ibi celebrat sacros ordines,  
sess. 2, capitulo octavo, de reform. Tertio,  
quando exercet Pontificalia extra Ec-  
clesiam Cathedrali, tamen in Civita-  
te, solùm eos qui solent, quando ea exer-  
cet in ipsa Cathedrali Ecclesia, ei inservire,  
compellere potest. Quarto, quando  
in diacesi, non potest eos cogere, nisi  
Clerum & Concil. Trid. loc. cit. & ita et-  
iam censuit sac. Congreg. declarat. 8.

Ad duodecimum. Debet Episcopus  
adhibere consensum Capituli in Lecto-  
re & Magistro deligendo, Concil. Trid.  
sess. quinta. cap. primo, de reformat. & aliis  
qua reperies passim.

Ad Decimum tertium. Videto Boer.  
deciso. tertia, ubi dicit, quod major pars  
Capituli, non respectu aliarum partium,  
sed respectu totius sumenda est, Abb. in  
capitulo, propter, eodem. Bellarmera, de-  
ciso. 275. secus in majori parte Patrono-  
rum, sive laicorum, sive Clericorum,  
quando præsentant ut singuli; ut quia  
sunt sex, & duo præsentant Titium, unus  
Sempronium, tres Claudium, iste præ-  
valet, Abb. Bald. in capit. Ecclesia nostra;  
eodem



*eadem titulo, & Boer. ibidem, numero quarto, vide Abb. in capitul. cum in cunctis, numero primo, de his que fiunt à pralati. sine consen. Capituli.* Et appellatione majoris partis, intelligitur de majori parte totius, non autem de majori parte comparatione aliarum minorum; pura, sunt duodecim Canonici, tres eligunt Titium, & tres eligunt Sempronium, sex eligunt Sejum, nulla istarum potest dici major pars, sed necesse est. ut saltem sint septem. Vide Geminian. *in capitulo. sicuti, notab. tertio, de electio. libro sexto, secus verò in præsentatione juris patronatus: nam sufficit habere majorem partem comparatione minorum, & hoc quando præsentat, ut singuli, Geminian. in capitulo. quorundam, §. circa, versic. si verò, eodem titulo, & libro. & aliquando major & sanior pars, prout in capitulo. cum expediat, eodem titulo. & libro. & sic semper requiratur copulativè major, & sanior, Gem. ibi notab. 4. & Gloss. in vers. Capituli.*

Ad Decimum quartum. Vide capit. eam te, de rescrip. Gomel. in capitulo primo, num. 110. versic. quinto, de constitut. libro sexto, Selva 1. parte, questio, 19. numero 6. 7. & infra.

Ad decimum quintum. Vide gloss. in cap. secundo, in ver. statutum, de verb. sig. lib. 6. & ibi Anchi. num. 3.

Ad decimum sextum. Videtur quod non. Ancharan. in cap. mandatum, numero primo, de præbend. libro sexto.

## COLLEGIUM,

**P**rimò, collegium an possit fundari ab Episcopo cum Canonicorum nume-

ro, & dignitatibus? Negativè responderet Rebuff. *pract. benefi. tit. de elect. in collegium.* sed benè potest Ecclesias parochiales facere conventuales, seu collegiatas, Abbas, *in capitulo. quoniam, de vita & honestat. clericorum* Bald. *in margar. Inn. in ver. Episcopus.* Et an clerici unius civitatis, vel castri possint facere Collegium? Respondetur quod non, Innocent. *in capitulo. dilecta filia, numero nono, & decimo, de excessibus pralati.* Abb. *ibi numero primo, & quomodo probetur Ecclesia esse collegiata, vide Abb. in capitulo, nobis, numero octavo, de jure patron.* Oldradum *consilio 28.* Felm. *in c. accedens, de rescrip. vide inferius, in ver. Episcopi §. 17.* ubi Selva fovet affirmativam, & sic ego sentirem; & Innocent. *in capitulo. postulasti, de jure patronatus, dat optimam practicam ad cognoscendam Ecclesiam collegiatam: vide superius in ver. Beneficium, §. 1. versic. ad dignitates, ver. 5.*

Secundò, Collegium debet habere arcem, & sigillum communia, aliter non potest dici collegium. Decius *in capitulo. primo, notab. 6, de electio.* Captraquens. *decisio. 142. parte prima, & quæ insignia habere debeat, vide ibi remissivè.* Ita etiam Capitulum *capitulo. dilecta, de excessibus pralati.* & hoc quando Canonici scribunt aliquas scriptas, an pro authenticatione illarum requirantur sigilla singulorum, an unum tantum? videtur quod unum, Gemin. & Archid. *in capitulo. si canonici, de off. ord. libro sexto, in initio.*

Tertiò, collegiata non debent uniri cathedrali, sine auctoritate Papæ, quod quoque efficere debet cum causa co-